



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Confessionale, || In Qvo || Vniversa || Materia De ||
Confessione Pec-||catorvm Apvd Catholicos || vsitata per
Quæstiones explicatur**

Eisengrein, Martin

Ingolstadii, 1577

VD16 E 795

II. Quotuplex sit peccatoru[m] Confessio.

urn:nbn:de:hbz:466:1-30362

Caput II. De Definitione

rit coram hominibus, confitebor & ego eū coram Patre meo. Qui autem negauerit me coram hominibus, negabo & ego ipsum coram Patre meo, qui in coelis est.

Ad hanc Confessionem, vbi res postulat, non sufficit solus animus siue voluntas, hoc est, interior quædam Confessio, verum etiā oris Confessio efflagitur, quæ libera & in-

Rom. 10. Confessio-
res vnde
dicti.
Vide Euse.
in Eccles.
hist. lib. 5.
capit. 3.
1. Tim. 6.

uicta esse debet: Corde enim creditur ad iustitiam; ore autem fit Confessio ad salutem. Hinc dicti sunt Confessores, qui à Confessione nominis Christi nullis tormentis potuerunt dimoueri. Qui, dum viuerent, Martyres dici volebant, sed optabant, vt saltem in eis permaneret tuta Confessio, de qua dixit Apostolus: Certa bonum certamen fidei, apprehende vitam æternam, in qua vocatus es, & confessus Confessionem bonam coram

Lapsi qui.
multis testibus. His opponuntur Lapsi, ac etiam hi, qui verbis quidem DEVM confitentur, factis autem negant.

Alia vocabuli acceptio.
SECVNDO, confiteri, est simpliciter agnoscere, quod vel intus in animo latet, vel alicui obiicitur, aut cuius incusatur; secundum quam significationem Scriptura verbo Confessionis, pro agnitione cuiuslibet rei, sed magis peccatorum, frequentissime vtitur.

Quæstio
II

Quot duplex est peccatorum
Confessio?

Triples.

TRiplex. Vna interior. Secunda fraterna. *Respōsio.*
Tertia, quæ fit Presbyteris.

*Quanam dicitur interior
Confessio?*

*Quæstio
III.*

QVa soli DEO peccata nostra confitemur, *Respōsio.*
hoc est, qua coram DEO peccata ex ani-
mo agnoscimus, nostra opera mala cum in-
genti cordis dolore damnantes, ac DE I mi-
sericordiam quærentes, de qua dicitur in
Psalmo illo: Dixi, confitebor aduersum me
iniustitiam meam (Domine) & tu remisisti
impietatem peccati mei. Item in alio Psal-
mo: Quoniam iniquitatem meam ego co-
gnosco, & peccatum meum contra me est
semper.

Psal. 31.

Psal. 50.

Chryso. in

Parēne. ad

Theoph.

circa fin.

*Estne hæc interior Confessio pro-
pria Christianorum?*

Quæstio

IIII.

Respōsio.

Gentes & infideles hanc interiorē Con-
fessionem nobiscum ex parte communē
habuerunt, quod, scilicet, ad damnationem
& professionem peccati attinet. Nam quis
tandem est hominum, quem, cum turpitu-
dinem suam perpendit, sui non pudeat, qui
se non accuset? Nimirum id operante lege
naturali, omnium cordibus inscripta, quæ
parit cogitationes accusantes & defendētes.

Rom. 1.

Sed cum ad verum scopum non respexe-
rint, perit illis omnis huius mentalis Con-
fessionis fructus, et si Ouidius, confessis nu-

men